Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8140
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



bestiali fornicatione. omni pollutione. et omni immundicia. quisque ho
coinquinare potest coinquinauit cor. per meam. et miseram animam meam. et cum
omnibus quibus me consentire voluerit. Per cauum iniquitatis furtis. rapinis. mendi
ciis. falsis testimoniis. detractionibus. cuntis. commessationibus. ebrie
tatibus. maleficiis. fraudibus. et omnibus peccatis quibus ho peccare potest. pec
caui ut omnes homines. sibi facti. cognatione. volutare. Hec confite
do. christi. et omnibus sanctis. et precor dilectissimam ut mihi prestet temporalem. et indu
cias. ut ita possim emendare. quibus gratam valeam inuenire. et precor sancta
mariam. et omnes sanctos dei. ut dignetur pro me intercedere. et adiuuare apud
dominum. ut de omnibus peccatis meis mihi det indulgentiam. et animam peccatis
custodiat. et per hanc uitam in consortium illorum perducat. et uolo domino mutare
quod uolo peccata mea emendare. in quantum possum per fragilitatem meam. et in quantum
me dignatur roborare sua gratia. et uolo ut dominus omnibus quibus
Kirie peccauerit. ut etiam dominus dominus inumerabilia peccata mea.
Kyrie secundum hanc confessionem quam fecisti. secundum hanc sponsionem quam domino spo
pondisti. uolo ego ut hanc dicere. dominum autem rogo opem facere. Indulgentiam et
absolutionem de omnibus peccatis uiris per intercessionem omnium sanctorum suorum
tribuat uobis pater et filius et spiritus sanctus et custodiat uos animam et a peccatis.
Et ab omnibus malis et per hanc uitam perducat uos in consortium omnium sanctorum
Hec ista confessio tantum ualet de illis peccatis quae sacerdotibus suis a omnes
confessi estis. et quae ignorantes gessistis. Certum quidem quia cum una commisere. et
penitentiam non egerit. ut si homicidia. et adulteria per quibus instituta est car
nis nichil ualet ista confessio. Ideo moneo uos ut peccata quae publice
egisti. publice in penitentia suscipiatis. Qui autem occulte omisisti. oc
culte per hirsuti confessionem in anima faciatis. quia de corpore domini accedatis.
qui indigne accipit. cum iuda mortis dignus erit. Ut si nos huiusmodi corpus
domini damnemus facium. quisque fuerit gladium per beatum ut cor suum illo transfi
gat. Quia dominus omnipotens uolunt uos hodie in suo seruicio hic congregare
non debetis incorrosi stare. sed pro uobis metipsis et pro tota sancta ecclesia
orare. ut dominus omnipotens dignetur eam pacificare. adunare. regere. ab